

**858** [= 2250] Pompeiis in porta amphitheatricae quae est inter septentrionem et occidentem, intus in lapide Tiburtino sub aedificia a sin. ingredienti. Ibi prodit d. 4 Mai. 1844 secundum ACTA [ed. 4, 3, 449]; at aut ipsa haec aut alia similis visa fuerit necesse est iam a. 1749; ita enim scribit Martorellinus in litt. datis 10 Sept. 1749 (Gori symb. litt. dec. II vol. 2 p. 121): *Si è ritrovata una bella iscrizione ed io ne ho copia esatta; ella fa menzione della legge Petronia e qui si son posti in moto tutti i giuristi per illustrarla.*

C · CVSPIVS · C · F · PANSA · PATER · D · V · I · D  
 III · QVINQ · PRAEF · I · D · EX · D · D · LEGE · PETRON

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 5; Mazois IV p. 81; de Iorio p. 451 = 442; Guarini fast. ed. 4 p. 457; Fiorelli *descr.* p. 71. Orelli 3679.

Cuius aetatis sint tituli Cuspiorum tam qui in foro prostant n. 790. 794 quam hi, ambiguntur. *IIIvir p(raefectus) l(ege) P(etronia)* redit in fastis Interamniae ad Lirim repertis (qui infra edentur) ad a. 69 et 70, *IIIvir lege Petronia* in titulo Aesernino (Henzen 6957); praeterea lex non nominatur et aetatis est incertae. Equidem olim titulos rettuli ad extrema tempora Pompeiorum propter causam quam adnotavi ad n. 788. 789. Opposuit Schoenius (apud Nissenum *Pomp. Stud.* p. 102) lapidis qualitatem titulorum amphitheatricae, nec nego praeterea in lapide Tiburtino incisos titulos remotioris aetatis esse. Sed ipse Schoenius, cum dubitationem meam cum eo communicassem, monuit nihil impedire, quominus lapides Tiburtini illi dudum eo loco collocati fuerint antequam statuis supra positae elogia haec incidere. Denique tam litteratura quam formulae horum titulorum remotae aetatis nullum indicium prae se ferunt. Programma editum vol. IV, 943 adn. C·P·II·VIR·) recte fortasse ad horum C. Cuspiorum alterum utrum rettulerunt Zangemeister et Nissenus; sed id ipsum Zangemeister si non recentissimis, tamen recentioribus adnumerat.

**859** [= 2251] Pompeiis in eadem porta in lapide Tiburtino sub aedificia simili e regione praecedentis ACTA 4 Mai. 1844 [ed. 4, 3, 449].

C · CVSPIVS · C · F · F · PANSA · PONTIF  
 D · VIR · I · D ·

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 3; Mazois IV p. 81; de Iorio p. 451 = 442; Guarini fast. ed. 4 p. 457; Fiorelli *descr.* p. 71. Orelli 3679.

15. INSCRIPTIONES REPERTAE IN AEDIBVS PRIVATIS.

**860** sub herma aereo litteris olim iniatis. Pompeiis in atrio aedium L. Caecilii Iucundi (reg. V ins. 4) ad utrumque latus tablini olim steterunt hermae duo, quorum alter in loco antiquo repertus hodie est Neapoli in museo, alter recenti furto ablatus est.

GENIO · L · NOSTRI  
 FELIX · L

Recognovi post Mauium, qui descripsit et edidit *Bull. dell' inst.* 1876 p. 150. Prodit item in actis *Giorn. degli scavi* N. S. 3 (1875) p. 176.

Lucius hic notus est coactor L. Caecilius Iucundus, cuius nomen prodiderunt et parietariae domus inscriptiones et amphorarum ibi repertarum et maxime tabellae auctionariae. — Praeterea conferendus est locus Petronii c. 30, ubi triclinium Trimaichionis describit: *in positibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis aeneum(?) finiebat, in quo erat scriptum: C·N·SEVIRO·AVGVSTALI·CINNAMVS·DISPENSATOR.* Quod in libris ante *seviro* est *Pompeio Trimalchioni* delevi.

**861** Pompeis in tabula marmorea infixae arae domus Epidii Rufi (reg. IX ins. 4 n. 20; n. 430 formae Zangemeisteri) sitae e regione thermarum Stabianarum.

GENIO · M · N · ET  
 LARIBVS  
 DVO · DIADVMEI  
 LIBERTI

Recognovi. R. Schoene *Bullett. dell' inst.* 1867 p. 45 cf. p. 48; Jordan *Ann. dell' inst.* 1872 p. 30; Fiorelli *relaz.* (1873) p. 89, *descriz.* p. 371.

**862** parva tabella. Rep. Pompeiis 7 Mai. 1861 in aedibus Cornelii Rufi (reg. VIII ins. 2 n. 14—16; cf. Fiorelli *descr.* p. 340), nunc in museo Neapolitano.

AVGVSTO · S  
 TRINIO · CORNELIAI

Recognovi. Fiorelli *giorn. degli scavi* n. 8/10 (1861) p. 379, *relazione* 1873 p. 89, cat. n. 4257. — Cf. n. 864.

**863** arula marmorea reperta Pompeiis in aedibus L. Cornelii Diadumeni (reg. VII ins. 12 n. 26). Est ibi in museo.

ANTIOCHVS  
 V · S ·

Recognovi descriptam a Schoenio. Fiorelli *relazione* 1873 p. 89.

**864** herma, Pompeiis in atrio aedium Cornelii Rufi (reg. VIII ins. 2 n. 14—16).

C · CORNELIO  
 RVFO

Recognovi. Lugebil *Bull. dell' inst.* 1864 p. 238; Fiorelli *giorn. degli scavi* n. 8/10 (1861) p. 332, ubi datur delineata in tabula, *relazione* 1873 p. 89, *descrizione* p. 341. — Cf. n. 862.

**865** sub herma marmoreo Pompeiis in atrio aedium Vesonii Primi (reg. VI ins. 44 n. 20).

PRIMO · N  
 ANTEROS · ARCAR

Recognovi. *Giornale degli scavi* N. S. 3 (1875) p. 100. 144; Mau *Bull. dell' inst.* 1876 p. 22.

**866** tabula marmorea. Pompeiis in aedibus reg. V ins. 4 latere occidentali rep. est sub atrii, cuius est ostium quintum a meridie, pariete sinistro, ex quo loco decidit quidem, sed spectatur hodie ibidem rursus collocata loco antiquo.

M · TOFELANO  
 M · F ·  
 VALENTI QVOD  
 AMICO · DONAVI  
 5 HS N · I

Recognovi descriptam a Mauio. Prodit in actis *Giornale degli scavi* N. S. 3 (1875) p. 175.

5 i potius quam L. Videtur is qui loquitur aedium domino M. Tofelano Valenti amico titulum (cum herma) ita obtulisse, ut eum sestertio nummo uno ei manciparet, id est donaret.

6892 ritrovata nel ponte di Fregelli.

.....  
 et FIRMITATE · SVA dura-  
 tVRAM · ITINERIS · FACILItatem  
 COMMEANTIBVS · PRAEMVNIRET  
 CVRANTE ET DEDICANTE  
 5 VETTIO · PROCVLO · V · C · CVRA  
 TORE · VIARVM · NVMINI · EORVM  
 DICATISIMO

Ambrosi pater adscripsit ad exemplar suum libri Cayri de Fregellis; nobiscum communicavit filius advocatus Romanus.

Versuum divisio turbata est. Traduntur 3 COMEANTIBVS, 5 POCVLO. — Titulus insignis eo nomine, quod inde aliquatenus apparet, de cura viarum quid factum sit post Diocletianum; eius enim aevi hunc titulum esse et aliunde intellegitur et ex ipsa cura viarum, quae iam successit in locum curae viae Latinae aetatis melioris. At nec Vettium Proculum alibi repperi nec mihi satis constat viae Italiae maiores qua ratione ea aetate administratae sint; hoc unum ex hoc titulo efficitur eas eo aevo non solis municipiis permissas esse, sed aut imperatorem aut senatum urbis Romae in iis curandis aliquem locum tenuisse.

6893 [= 6253] rep. a. 1789 ad oppidum S. Giovanni in Carico (Fregellas Cayri) ante portam Aquinatem CAYRO. Est extra S. Giovanni in Carico in villa Cayro suburbana.

IMP · CAES · DIVI  
 PII · SEVERI · NE  
 POS · DIVI · MAG  
 NI · ANTONINI · PII  
 5 FILIVS  
 M · AVRELIVS · SEVE  
 RVS · ALEXANDER  
 PIVS · FELIX · AVG · PON  
 TIFEX · MAX · TRIB  
 10 POT · III · COS · DESIG  
 NATVS · II · P · P · PONTEM  
 LIRIS · VETVSTA  
 TE · DILAPSVM · SVA  
 PECVNIA · RESTI  
 15 TVIT

p. C. 225

Recognovi posi Brunnium. Cayro Fregelli p. 56.

6894 [= p. 335] rep. 617 cannis Neap. extra oppidi S. Giovanni in Carico (Fregellarum Cayri) portam Aquinatem CAYRO.

AE  
 VESPASIANVS · AVG  
 ITIF · M  
 NIC · POTESTATE · VIII  
 5 S

Cayro Fregelli p. 52, qui habet pro lapide LXX.

Fabrateria nova ad Melfim fl. m. p. IV ab urbe m. p. LXXVI  
 a Melfi fl. Aquinum m. p. IV ab urbe m. p. LXXX

6895 [= 6244] extra Aquinum minus M p. rep. in via qua itur Fabrateriam (Fregellas Cayri).

C · CALVISIVS · C · F  
 SABINVS · COS  
 IMP  
 LXXVIII

Cayro ms. et Lazio antico p. 1 disc. prelim. p. XLV; Dionigia p. 43 quae non vidit. Citat Westphal röm. Camp. p. 45. Henzen 6742. 4 L pro L in lapide esse monet Cayro.

6896 [= 6247] in eadem columna.

LXXV  
 IMP · CAESAR  
 VESPASIANVS · AVG  
 PONT · MAX  
 5 TRIBVNIC · POTEST · VIII  
 IMP XVIII P · P  
 CENSOR · COS · VIII

p. C. 677

Referunt iidem qui n. 6895.

1 fortasse scr. LXXVIII. — 5 TRIBVNI Dion. — VII Cayro. — 7 COS · III Dion.

6897 [= p. 335] Aquini in aedibus Scardone, prope quas inventus est CAYRO. Esisteva prima un miglio e mezzo oltre la torre di S. Gregorio IDEM ex coniectura puto. Poco distante dalla torre di S. Gregorio distante un miglio d' Aquino FED. E regione turris S. Gregorii M p. ab Aquino duos lapides miliarios extare ait HOARE.

C · CALVISIVS · C · F  
 SABINVS · COS  
 IMP  
 LXXX

Federicus cod. Casin. 848 p. 35 et inter Gervasiana; Cayro Aquino p. 368 n. 29, Lazio antico p. 1 disc. prelim. p. XLVI; Hoare classical tour 1, 278. Citat Westphal röm. Campagna p. 95.

6898 [= p. 335] in eadem columna.

Cayro Aquino:	Cayro Lazio:
I · C · A	I · CA
N A N V	NANVS
R · F vel R · E	RE

Cayro l. c., in altera ed. recte iudicans superesse ex titulo Vespasiani.

Aquino Casinum m. p. VII ab urbe m. p. LXXXVII

6899 [= 6244] Casini dentro un basso di Tommaso Zarli in faccia della mia casa dalla parte di dietro CAFARO; in eadem, modo Vincentii d'Ambrosio MASC. similiterque VERT. ROM. Ibidem adhuc, via Monte, cantina Pittillo, intus.

C · CALVISIVS } c. f  
 SABINVS · CO } s  
 IMP  
 LXXXV

Descripsi. Cafaro p. 223; Mascioli p. 43; Vertechj p. 71; Romanelli viaggio p. 35; Ponari n. 5. Citat Westphal röm. Camp. p. 95. 4 numerus in fine integer est.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopo.

SEX · ATTI · L · F · MEN  
EX · TESTAMENTO

ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · ER · TIS  
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAS

Recognovi descriptam  
a. 1877 a Stevensonio.  
Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopo c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis  
equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI  
INNOCENTISSIMAE  
FEMINAE · BATINIVS  
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

Recognovi descriptam a  
Stevensonio. Misit item  
Barnabeus. Ediderunt  
Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1878  
p. 239 et denuo 1879  
p. 26 et Rossius *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 119.

in arca:  
puer vas ansa- puer  
personam tum cum personam  
sustinens pomis et sustinens  
frondibus

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE  
Q · VIX ANN LVIII M XI D XV  
CORNELIVS CARPOPHORIAN  
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA  
RVFO · LICINIA · VX  
VIRO · SVO · BENE · ME  
ET · SIBI · VIVA · FECIT  
5 HOC · MONVMENTVM  
SEPVLCRVM · H · N · S

Minervinius misit accep-  
tam a syndico Casolensi  
Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.

N I A E S  
T a A N N I  
D I E B a X  
I A H

R  
F M

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 26. Misit item Bar-  
nabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/////// C I V N U //  
/////// - I I I I I //  
5 . 4 // / I I V S / O // E  
/////// A I // / / / /

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES  
ASELIES QYE VIX  
IT ANNVS TRES  
FFLL VINCENTIO  
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401  
CONSS

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 208 (inde Rossi *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN N O M I N E X H I M  
O P P I O P A V L O · D V L  
C I S S I M O · F I L I O · Q V I  
V I X I T · A N · V · M · X I · D · I I  
5 D E P O S · V I I I · I D V S · M A I A S  
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 120.

1 in nomine Christi *Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanum n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE  
PVELLHE columba X  
an NVOS SEX cum ramo  
olivae  
BENEMERENTI

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. *mus. Rhen.* 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interuisse facta eius autumnii vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 (*‘piedra viva’* Acta). 1015 (*‘piedra viva’* Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmoris n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075.